

exemplum eiusdem tituli antea prodierat in eadem via, sed mutilum (VIII S. 22210 = Eph. ep. 7, 645). — 1) A. 152. — 2) Nota Alpium vocabulum in alios montes translatum. — 3) iac[ti]s Gsell, fac[ti]s Cagnat. — 4) Cf. supra N. 5795 not. 1.

Termini.

9375 leg. III A[ug.] | leimitavit, | C. Vibio Marso | procos. III¹; | d. d.² LXX³, u. k.⁴ CCLXXX⁵.

In meridionali regni Tunetani parte, in regione quae extenditur a dextra viae Capsa (Gafsa) Tacapes (Gabès), 1500 metr. a rudibus Henchir Chenah rep. (VIII 22786 f repperit Donau praefectus militaris eius regionis, Cagnat vidit ectypum). Lapidis gemelli praeterea in hac regione prodierunt duo, VIII 22786 a k, praeterea complures, in quibus soli numeri extant. Tractaverunt hos terminos Toutain mémoires présentés à l'Acad. des inscr. XII 1, 1907 p. 343 seq. et felicius, ni fallor, Barthel Bonner Jahrb. 120, 1911 p. 60 seq. — 1) C. Vibius Mar-sus proconsul Africae tertio fuit a. p. Chr. 29/30. (A. 24 Dolabella proconsul rebellionem gentium Africanarum eam regionem inhabitantium finem imposuerat: earum magna ex parte videtur fuisse territorium tunc a legione dimensum.) — 2) Dextra decumanum. — 3) Centuria septuagesima. — 4) Ultra kardinem. Cf. Siculus Flaccus p. 155 (Grom. ed. Lachmann): inscriptiones itaque in centuriis sunt tales, 'dextra' aut 'sinistra decimanum totum' 'ultra citra' ve 'cardinem totum'; Hyginus de limit. const. p. 173 seq. 195. — 5) Centuria ducentesima octogesima: sic intellexit Barthel collato cippo fortasse ad eandem terminationem pertinente reperto ad viam Capsa Taparuram (Sfakes) VIII S. 22789 in quo est: u. k. 7 CCLXV, s. d. 7 XLV.

9376 C. Caninius C. f. | pr. urb. | de sen. sent. | poplic. ioudic.

Ostiae rep. fossionibus a. 1910, cippus lapidis Tiburtini (Notizie degli scavi 1910 p. 233). Ex gemella inscriptione eodem fere loco reperta superfuerunt haec: . . . [de sen. sent. | [p]opl[i]e. [iou]dic. (l. c. p. 61). Titulus, Sulla vix recentior, antiquissimus omnium qui adhuc Ostiae prodierunt (Vaglieri l. c.). Caninius praetor urbanus ignotus est. Similes lapides supra N. 5938 seq. 5943.

9377

inter
Toutonos¹
c
a
h
f²

Prope Miltenberg, lapis ingens (prope 5 metr. altus) sed rudis (XIII 6610 vidit Zangemeister; Drexel obergerm.-raet. Limes n. 38, fasc. 34, p. 55). Lapis eo ipso loco ex vivo saxo excisus est, ubi repertus est, ibique antiqua aetate relictus; ipsa inscriptio imperfecta esse putanda est. — 1) Toutoni a Teutonibus sola scriptura differunt. Apparet Teutonorum particulam aliquam in regione illa sedes habuisse. 2) f priores, pro n imperfecta habet Drexel.